De

S. Nicolai PP. I.

Epistolarum Codicibus Quibusdam Manuscriptis

Dissertatio,

Quam Scripsit Et Auctoritate

Reverendissimi Theologorum Catholicorum Ordinis

in

Academia Wratislaviensi

Ad Veniam

Privatim Docendi Rite Impetrandam

Die IX. M. Martii A. MDCCCLXXXII Hora XI.

In Aula Minore

Defendet

Maximilianus Sdralek,
SS. Theologiae Doctor,

Socio Ad Respondendum Assumpto:

Francisco Brudniok,
Dioecesis Wratislaviensis Presbytero,

Adversariorum Partes Tuentibus Seminarii Theol. Cath. Sodalibus:

Guilelmo Frank, cand. theol. approb.,
Valentino Koppacz, cand. theol.

Wratislaviae,
Typis Roberti Nischkowsky.
1882.

Gustavo Wanjura,

Gubernii Regii Borussici Gedaniensis Consiliario,

Consobrino Carissimo,

hanc commentationem dedicavit

auctor.

Reverendissimi Ordinis Theologorum Catholicorum in inclyta academia Wratislaviensi florentis Professores benevolis, quibus mihi favent, animis, postquam scripsi librum:

Hinkmars von Rheims kanonistisches Gutachten über die Ehescheidung des Königs Lothar II. Ein Beitrag zur Kirchen-, Staats- und Rechts-Geschichte des IX. Jahrhunderts. Freiburg i. Br., Herder, 1881. X u. 199 S.[1])

ab eo Regis Borussiae Ministro, qui studia artesque curat, impetraverunt, ut mihi ad prospere prosequenda fontium studia in bibliothecis et exterarum et regni nostri terrarum e publico aerario stipendium impertiretur. Honesto igitur subsidio adjutus superioris anni aestate (1881) bibliothecas Vindobonenses et Budapestinas, Claustroneoburgensem, Mellicensem, Gottwicensem in Austria inferiore, St. Floriani, Cremifanensem, Lambacensem in Austria superiore, Admontensem in Styria, Salisburgensem S. Petri et Monacensem explorando perlustravi. Imprimis autem in itinere meo id agebam, ut, quid bibliothecarum codices manuscripti ad vitam S. Nicolai PP. I narrandam praeberent, diligenter investigarem, quum Rev. Dom. Canonicus Scholasticus, Professor Dr. Hugo Laemmer, (qui iam inde a primis vitae meae academicae diebus ad interiora me vocans studia ut in dies ardentius me litteris dederem suasor fuit facundissimus susceptorumque labo-

---

[1]) V. sententias et commentarios, quibus de hoc libro disseruerunt viri doctissimi Henricus Schrörs (Monacensis) in „Literarische Rundschau“ 1881. No. 10. S. 292—294; Rudolphus eques a Scherer in „Archiv für kath. Kirchenrecht,“ Bd. XLV. 1881. S. 467—479; Hugo Laemmer in „Deutsche Litteraturzeitung,“ 1881. No. 44. S. 1706—1708; Rudolphus Sohm in „Zeitschrift für Kirchenrecht,“ Bd. XVII. 1882. S. 175—180; von Sybels „Historische Zeitschrift,“ Bd. XLVII. 1882. H. 1.

rum adjutor honestissimus) me commovisset, ut vitam praeclarissimi illius pontificis Romani narrandam industrie pararem. Qua in re utrum ex itinere meo profecerim aliquid, fortasse probare poterit commentatio mea, cui inscribitur:

„Handschriftlich-kritische Untersuchungen über eine Gruppe von Briefen Papst Nicolaus I.“

et quam Fridericus Vering in commentariis, quae vocantur:

„Archiv für kath. Kirchenrecht“ Bd. XLVII. Mainz 1882. S. 177—215

mense Martio vel Aprili huius anni vulgabit. Ubi, recensitis codicibus manuscriptis, disquisitionibus criticis non solum docebitur, utramque epistolam Nicolai I. Carolo, archiepiscopo Moguntino, datam[1]) adulterinam esse eoque consilio fictam, ut disciplina publicae poenitentiae mutaretur, verum etiam epistolas easdem post synodum Wormatiensem a. 868, ex cuius maxime constant canonibus, et ante synodum Triburiensem a. 895 in Germania vel Francia orientali compositas esse ostendetur; primumque ibi e codicibus quibusdam manuscriptis Nicolai I. epistola Liutberto, archiepiscopo Moguntino, inscripta et ipsa spuria, et integrae quinque Nicolai I. ad Salomonem, episcopum Constantiensem, responsiones lucem videbunt.

Alterum habes itineris nostri fructum, quamvis non illustrem, tamen non ignobilem, in dissertatione:

De codicibus quibusdam manuscriptis epistolarum S. Nicolai PP. I.,

quam Reverendissimo Ordini Theologorum Catholicorum in inclyta universitate Wratislaviensi florenti ad veniam privatim docendi rite impetrandam proposui.

Scribebam Wratislaviae,
Kal. Febr. a. 1882.

Maximilianus Sdralek.

[1]) Cfr. Phil. Jaffé, Regesta Pontificum Romanorum. Berolini 1851. p. 241. No. 2045, 2046.

§. 1. De codicibus manuscriptis graecis Monacensibus epistolarum quarundam, quae per occasionem eiectionis Ignatii, patriarchae Constantinopolitani, et promotionis Photii scriptae sunt.

1. Cod. graec. 207. chartac. in fol. saec. XV.

Codex charta crassa, charactere minuto et nitido exaratus, male conservatus, charactere ex parte extincto, exhibet has Photii epistolas:

a) fol. 204 v — 207v: Τῷ τὰ πάντα ἁγιωτάτῳ, ἱερωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ νικολάῳ πάπᾳ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης Φώτιος ἐπίσκοπος κωνσταντινουπόλεως, νέας ῥώμης.

Incipit: Ὅτε τῆς ἱεραρχίας κατὰ νοῦν τὸ μέγεθος ἀναλήψομαι κτλ.

Explicit: τῇ ζωαρχικῇ καὶ ὁμοουσίῳ Τριάδι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Ignatius Hardt in codicum mss. graecorum bibliothecae regiae Monacensis catalogo [1]), (qui tam accurata rerum multiplicium, quibus codices abundant, enumeratione excellit, ut non sit, cur reliquarum rerum huius et sequentium codicum indicem repetamus) cum Joanne Fabricio (bibl. graec.) epistolam nostram, qua Photius a. 859 Nicolaum I. callidissimo, quo pollebat, scribendi genere certiorem fecit, se in patriarchalem sedem Novae Romae promotum esse, inter ineditas recensuit. Neque tamen etiamtunc inedita erat epistola; quamvis enim tunc temporis viri eruditi occidentalium partium latinitate tantum donatam a Petro Morino Parisiensi e veteri codice graeco bibliothecae Columnensis, quon-

---

1) Catalogus codicum manuscriptorum bibliothecae regiae Bavaricae. Codd. graeci ab Ign. Hardt recensiti. Monachii 1806 sqq. tom. II. p. 386.

dam Sirleti cardinalis, in annalibus Baronii[1]) novisse videantur: tamen a. iam 1706 Anthimus, episcopus Walachiae, epistolam nostram in „tomo gaudii“ (Τόμος χαρᾶς pag. 1), a Dositheo Hierosolymitano oriundo, typis excudit[2]). Quaenam vero inter textum, quem „tomus gaudii“ et quem codex noster Monacensis praebent, ratio intercedat, tunc edisseremus, quum aut in bibliotheca nationali Parisiensi aut in bibliotheca D. Marci Venetiis ipsum „tomum gaudii“ et non solum, quam praesto habemus, epistolam a M. Jager e „tomo gaudii“ denuo excusam[3]) viderimus.

In codice Monacensi epistolam Photii, quae ἐνθρονιστική vocatur, excipiunt eiusdem litterae, quibus ille a. 861 post synodum in ecclesiam apostolorum Constantinopolitanam praesentibus legatis Romanis coactam promotionem suam defendit[4]):

fol. 207 v — 215. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς αὐτόν.

Inc. Ἀγάπης μὲν ὡς ἀληθῶς οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον κτλ.

Expl. καὶ σώματος προτακεύοιτο.

Codex Monacensis epistolae tantum exhibet, quantum codex Columnensis, quondam Sirleti, cuius fortasse est ἀπόγραφον, praebuit Petro Morino; huius enim versio in annales Baronii[5]) recepta, desinit his verbis: „et communis solicitudo omnibus ad salutem animae et corporis impendetur.“ Exemplar in „tomo gaudii“ excusum explicit: κἂν ἐκεῖνον ἐπὶ Λῖνον ἣν τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς πλάνης ἀντικαταβαλλόμενος[6]); reliquis usque ad verba: καὶ σώματος προτακεύοιτο[7]) caret „tomus gaudii.“

2. Cod. graec. 436. chartac. in fol. saec. XIV.

Codex, olim Augusta-Vindelicus, in bibliothecam regiam Monacensem translatus, litteris minutis et nitidis exaratus, cum mar-

---

1) Annales ecclesiastici auctore Caesare Baronio una cum Critica historico-chronologica Antonii Pagii. Tom. XIV. Lucae 1743. pag. 518—521 (ad a. 859 no. 61—67).

2) Cfr. J. Hergenröther, Photius, Patriarch von Constantinopel. Regensburg 1867 ff. I. 407. Hefele, Conciliengeschichte. 2. Aufl. IV. 237.

3) M. Jager, Histoire de Photius, Louvain 1845. p. 398—404. (Pièce justificative I.).

4) Jager, l. c. p. 404: *Ἡ ἀπολογητικὴ ἐπιστολὴ τοῦ Φωτίου πρὸς τὸν πάπαν Νικόλαον, ἐν οἷς ἐμέμψατο αὐτῷ διὰ τὴν πρὸς τὸν θρόνον Κωνσταντινοπόλεων ἀναβίβασιν.*

5) Baronii annal. ad a. 861 no. 34—54 (t. XIV. p. 544—550).

6) Jager l. c. p. 418.

7) Apud Baronium ad a. 861. No. 53 et 54 (t. XIV. p. 549 sq.).

ginalibus notis. In ora folii primi superiore notatum: Card. Tusculani et κτῆμα βησσαρίωνος καρδηνάλεως tamquam possessorum.

fol. 1—28. Ἡ ὀγδόη κατὰ Φωτίου σύνοδος καὶ ἄλλη ὑπὲρ αὐτοῦ.

Βίος καὶ ἄθλησις τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἰγνατίου ἀρχιεπισκόπου κωνσταντ. συγγραφεὶς παρὰ νικητᾶ δούλου, ἰυχυ, τοῦ καὶ Δαυὶδ τοῦ παφλαγόνος.

Inc. Πάντων μὲν τῶν ἁγίων βίους ἀνατάττεσθαι κτλ.

Expl. ἰγνατίου ἀρχιεπισκόπου κωνσταντ., τοῦ νέου ἀληθῶς ὁμολογητοῦ καὶ θεοφόρου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ ἡ τιμή κτλ.[1]).

fol. 29 sqq.: Ἀπὸ τοῦ ἐγκωμιόυ τοῦ εἰς τὸν ἅγιον ἰγνάτιον τὸν γεγονότα πατριάρχην κωνσταντ. συντεθέντος παρὰ μιχαὴλ μοναχοῦ, πρεσβυτέρου καὶ συγκέλλου.

Inc. Ὁ νέος οὗτος καὶ μέγας θεοφόρος ἰγνάτιος κτλ.

Expl. μόλις οὗτος ἐκβάλλεται.

Epitome encomii Michaelis Nicetae in codice nostro prolixior est quam quae habetur apud Joannem Dominicum Mansi (XVI., 292B—293E) e codice Vaticano, ubi explicit: εἴ τις οὐκ αὐτοὺς λέγει τοὺς ἁγίους ἡμῖν ἐπιφαίνεσθαι ἀλλὰ τοὺς τῶνδε φησὶν ἀγγέλους, ἔστω ἀνάθημα, ἀλλ' ἐπόπτευε καὶ συντήρει ἡμᾶς.

Hoc ἐγκώμιον subsequitur λίβελλος περιέχων πάντα τὰ κατὰ τὸν μέγαν ἰγνάτιον, πεμφθεὶς πρὸς νικόλαον πάπαν ῥώμης προςωπο ποιηθεὶς ὑπὸ Θεογνώστου μοναχοῦ καὶ ἀρχιμανδρίτον τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης καὶ ἐξάρχου κωνσταντ. εἰς ὄνομα ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου. Cfr. Mansi XVI, 293—301.

fol. 38 v — 39: νικόλαος ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν τοῦ θεοῦ δούλων τῷ ἁγιωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ ἰγνατίῳ πατριάρχῃ κωνσταντινουπόλεως.

Inc. Φράσαι οὐχ οἷόν τε, ἀδελφὲ τιμιώτατε, ὁπόσοις ὀδυρμοῖς κτλ. Mansi XVI, 305; latine: Mansi XV, 269. Jaffé No. 2127.

fol. 127 sqq.: Πρακτικὰ τῆς ἁγίας συνόδου συγκροτηθείσης ἐν κωνσταντινουπόλει ὑπὸ Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου ἐπὶ ἑνώσει τῆς τοῦ θεοῦ ἁγίας καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας.

---

[1]) Mansi, Conciliorum Collectio Amplissima et Novissima. Tom. XVI. (Venet.) p. 209 sqq.

Inc. Προκατεθέντος τοῦ Φωτίου τοῖ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου ἐν τῷ εὐαγεῖ μεγάλῳ σεκρέτῳ κτλ.

Expl. εἰ δέ τις ἑτέραν ἔκθεσιν παρὰ τοῦτο δὴ τὸ ἱερὸν σύμβολον — τολμήσειεν ἀναγράψασθαι, καὶ ὅρον πίστεως ὀνομάσαι, συλῆσαι τὸ ἀξίωμα τῆς τῶν θεσπεσίων ἐκείνων ἀνδρῶν ὁμολογίαν καὶ τὴν ἰδίαν . . .

Sunt acta conciliabuli Constantinopolitani, quo post obitum Ignatii restitutio Photii est confirmata, octava synodus oecumenica abrogata et e symbolo particula illa *Filioque* sublata est, ao. 879. Huius pseudo-synodi Photianae acta graece conscripta continebantur in bibliothecis Vaticana et Columnensi. Primum in occidente prodierunt a. 1714 in Joannis Harduini collectione conciliorum et decretalium [1]) e ms. graeco codice bibliothecae Vaticanae, quem Clemens PP. XI. ad preces Philippi Amyot d' Inville S. J. transscribi et ad Joannem Harduinum transmitti iussit. Sed iam octo annis ante acta pseudo-synodi Photianae in oriente in „tomo gaudii" lucem viderunt [2]). Codex noster, quem, tunc Augustanum, novit iam Matthaeus Raderus [3]), non habet nisi quinque actiones integras et explicit in professione fidei actionis sextae imperfecta.

3. Cod. graec. 553. chartac. in 4⁰ saec. XV. et XVI., olim Augusta-Vindelicus, in foliis 241 continet omnes 249 epistolas Photii eodem ordine digestas, quo sunt in editione graecolatina Lond. 1651 sq.

§. 2. De codicibus manuscriptis, quibus privilegium pallii a Nicolao I. Adalvino, archiepiscopo Salisburgensi, concessum servatur.

Minoris qnidem, quam quae praecesserunt epistolae, tamen non nullius est momenti ad narrandas Nicolai I. res praeclare gestas privilegium pallii Adalvino, archiepiscopo Salisburgensi a. 860 concessum (Jaffé No. 2020), quod Kleinmayern, vir optime meritus de historia patriae civitatis, „ex archiv. archiepisc." primus

[1]) Acta Conciliorum et epistolae decretales ac constitutiones summorum pontificum. Tomi VI. Pars I. (ab ao. 872 ad a. 1085). Paris 1714. pag. 213—341.

[2]) Cfr. Jager l. c. p. 295.

[3]) Harduini coll. concil. VI. 1. 209 D.

edidit[1]). Tabularium autem Salisburgense, tam archiepiscopale quam Capituli metropolitani, a. 1806 Vindobonam translatum, pretiosissima et locupletissima nunc pars reg. caes. tabularii domestici, palatini, publici Vindobonensis (k. k. Haus-, Hof- und Staats-Archiv) laudatur[2]. Quo loco nunc habes editionis principis fontem:

1. „Libros camerae Salisburgenses," codicum mss. tabularii No. 359 [42. Salzburg und Berchtesgad][3].

„Libri camerae" saeculis ultimis Juvaviae vocabantur sex libri copiales, ad quos registrorum tres tomi accesserunt. Loco igitur septimo (No. VII.) libri camerae primi fol. 9 et 10 hoc est: „Exemplar epistole pallii, quod dnus apostolicus Nycolaus Adelwino venerabili archiepiscopo Juuauensis ecclesie direxit," in quo excudendo Kleinmayern pari qua in ceteris documentis fide et diligentia tamque accurate se gessit, ut vel interpunctionem codicis integram servaret.

Fuerunt viri docti, qui omnes „libros camerae" ineunte saeculo XV. scriptos esse existimaverunt[4]. Sed postquam Theodorus Sickel in peculiarem formam atque indolem palaeographicam primi libri camerae sagacius inquisivit[5], omnes viri eruditi, eius sententiam secuti, codicem nostrum aut altera parte saeculi XIII. aut priore parte saec. XIV. exaratum esse asserunt[6]. — Neque tamen, deficiente privilegii monogrammate pontificio in aliis servato, ei, qui librum camerae scripsit, archetypum vel idiographum pontificium praesto fuisse videtur. Ideoque facile mihi

---

[1]) Nachrichten vom Zustand der Gegenden und Stadt Juvavia vor, während und nach Beherrschung der Römer bis zur Ankunft des heiligen Ruperts und von dessen Verwandlung in das heutige Salzburg. Salzburg 1794. Diplomatischer Anhang No. XXXVI. pag. 92 sq.

[2]) Cfr. Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde. Bd. III. (1821). S. 101.

[3]) Cfr. die Handschriften den kaiserlichen und königlichen Haus-, Hof- und Staats-Archivs. Beschrieben von Dr. Constantin Edlen von Böhm. Wien 1873. S. 125—127.

[4]) Archiv der Gesellschaft f. ält. d. Geschichtskunde. Bd. IV. 225., VI. 495 f. (hoc loco prologus primi libri camerae est impressus). X. 589. — Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen. Bd. XI. Wien 1853 (Andreas von Meiller, Historisch-topographische Studien) S. 65 f.

[5]) Th. Sickel, Acta Carolinorum. Wien 1867. II. 266 f.

[6]) Cfr. v. g. Heidelberger Jahrbücher, 1870. S. 21. Ottocar Lorenz, Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter. 2. Aufl. Berlin 1876. I. 175.

persuaserim, Fridericum a Walchen vel Rudolphum ab Hoheneck, quorum unum vel alterum codicem nostrum scripsisse Ottocarus Lorenz opinatur, usum esse „rotulo Salisburgensi."

2. „Rotulus Salisburgensis," in eodem tabulario Vindobonensi asservatus, est charta membranacea, septem pedes longa, unum fere pedem lata, quae septem epistolas, annis 798, 798, 798 (20. Apr.), 800 (11. Apr.), 821—824 (13. Nov.), 837 (31. Mai), 860 (Mai) datas et in „Juvavia" sub numeris X, XI, XII, XIV, XXIII, XXV, XXVIII, XXXVI typis impressas, manu saeculi X ineuntis [1]) descriptas praebet. — Variantes autem lectiones huius privilegii quibus „liber camerae" a „rotulo" differt, magna ex parte solummodo in alia saeculi XIII scribendi ratione constant; neque cognationi, qualem in privilegio Nicolai inter „librum camerae" et „rotulum" interesse tuemur, repugnare hoc videtur, quod privilegium Adalvino tributum in „libro camerae" nonnullis, longe non omnibus, expurgatum est soloecismis [2]), quos in autographo notarii pontificii abfuisse nemo infitias iverit, et quod „liber camerae in ore privilegii vocibus quibusdam, quae in „rotulo" servatae leguntur, caret [3]), quum scriptorem „libri camerae" etiam in aliis

---

[1]) V. g. genit. singul. femin. in „libro camerae" semper e littera in „rotulo" ae diphthongo explicit. „Liber camerae": Adelwinus, assumpcio, sollempnitas, paciencia, racio, eternus — „Rotulus": Adaluinus, adsumptio, solemnitas, pacientia, ratio, aeternus.

[2]) Cuius rei probandae causae conferantur aliquot sententiae in cum

„Rotulo":	„Libro camerae":
a) Quod tibi non aliter ecclesiae tuae priuilegis in sinuo statu manentibus, uti largimur, nisi solummodo in diem sanctae ac uenerandae resurrectionis cet.	a) Quod tibi non aliter ecclesie tue privilegiis in summo (l. suo) statu manentibus uti largimur, nisi solummodo in die sancte ac venerande resurreccionis cet.
b) In secretarium uero induere tua fraternitas pallium debeat.	b) In secretarium vero cet.
c) Transit in incredulitate correctio.	c) Transit in crudelitatem correccio.

[3]) Habes ad comparandum huius privilegii exordia utriusque manuscripti:

„Rotuli":	„Libri camerae":
Nicolaus episcopus, seruus seruorum dei, reuerentissimo et sanctissimo confratri nostro Adaluino, archiepiscopo sanctae ecclesiae iuuauensi, qui et salzpurcgensis vocatur.	Nycolaus episcopus, servus servorum dei, reverentissimo et sanctissimo confratri nostro Adelwino, archiepiscopo sancte Juvavensis ecclesie.

litteris, quarum adhuc exstant autographa, transcribendis non aliter se gessisse certo sciamus[1]).

3. Cod. Vindob. 7313 [Rec. 1983] bibliothecae palatinae, chartac. in 8⁰. saec. XVIII. fol. 25 sqq.

vel primus tomus „collectionis diplomatum saec. VIII—XVI. ex archetypis et libris copialibus descriptorum" a Josepho Benedicto Heyrenbach, bibliothecae palatinae Vindobonensis quondam custode[2]). Vir ille impigerrimus in aperiendis fontibus Austriae historicis privilegium se Nicolai I. „e codice nostro Salisb. No. 69 pag. 86 sub inscriptione: Exemplar pallii quam dominus Apostolicus Nycolaus Adalwino venerabili Archiepiscopo direxit" descripsisse dicit (f. 25). Atque

4. Cod. iste Salisburgensis (incertus) non fuit, quem forsitan quispiam opinari possit, primus ille „liber camerae." Transcriptum enim Josephi Heyrenbach multo magis cum textu „rotuli" Salisburgensis quam cum „libro camerae" consentit[3]).

Diebus uitae tuae tantummodo. Si pastores ouium sole geluque pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, ut ne qua ex eis aut errando pereat aut ferinis laniata morsibus rapiatur, oculis semper uigilantibus circumspectant: quanto sudore quantaque cura debemus esse peruigiles. Nam, qui pastores animarum dicimur, adtendamus et susceptum officium exhibere erga custodiam dominicarum ouium non cessemus.	Diebus vite tue tantummodo. Sole geluque pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, ut ne qua ex eis aut errando pereat aut ferinis laniata morsibus rapiatur oculi semper vigilantibus circumspectant, quanto sudore quantaque cura debemus esse pervigiles nos, qui pastores animarum dicimur. Attendamus et susceptum officium etc.

1) Cfr. Th. Sickel l. c. II. 267.

2) Jos. Bened. Heyrenbach, natus d. 24. Mai 1738 in Bavaria, mortuus est Vindobonae d. 24. April 1779. De vita fatisque hominis litteratissimi cfr. Constant von Wurzbach, Biographisches Lexicon des Kaiserthums Oesterreich Bd. 8. Wien 1862. S. 463 f.

3) Cfr. v. g. initium privilegii in „libro camerae" et „rotulo" Salisb., quod supra posui, cum transscripto Josephi Heyrenbach: „Nicolaus episcopus, servus servorum Dei. Reverendissimo et sanctissimo confratri nostro Adalwino Archiepiscopo sancte Ecclesie Juuauensi qui et Salizpurgensis vocatur. Diebus vite tue tantum modo si pastoribus ouium sole geluque pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, ut ne qua ex eis errando pereat aut ferinis laniata morsibus rapiatur. Oculis semper vigilantibus circumspectant, quanto sudore quantaque cura debemus esse pervigiles nos qui pastores animarum dicimur, attendamus et susceptum officium exhibere etc."

Huc accedit, quod codex Salisb. ab Josepho Heyrenbach descriptus privilegium Nicolai loco sexagesimo nono (No. 69) pag. 86 praebuit, liber vero camerae loco septimo (No. VII.) folio nono exhibet. Multopere mihi et ipsi sciscitanti et bibliothecarum praefectos doctissimos consulenti, an codex iste Salisb. ad nostros usque pervenerit dies et ubinam locorum, quibus nunc codices olim Salisburgenses dispersi habentur, utrum Vindobonae, quum „nostrum“ appellet Josephus Heyrenbach, an Monachii, an Salisburgi, nihil prosperi evenit. Quum vero in transscripto Josephi Heyrenbach codicis istius Salisburgensis scribendi ratio satis religiose servata esse videatur, saeculo XIII exeunte vel XIV ineunte eum scriptum fuisse contenderim.

Nicolaus I. Adalvinum non peculiari quadam forma privilegii, velut Egilonem Senonensem [1]) aliosque, pallio archiepiscopali ornavit, sed ea, qua tunc pontifices Romani pallium tribuere solebant; ideoque privilegium nostrum, auctoritate quidem pontificis, sed more solito a notario apostolico Sophronio, (quem codices mss. privilegii nostri omnes Soronium vocant), compositum nisi inscriptione et subscriptione nihil differt a schemate in aliis huiusmodi epistolis usitato, veluti Gregorii PP. IV. (a. 837) Liupramno archiepiscopo Salisburgensi [2]), et ipsius Nicolai I. (a. 865) Rimberto, archiepiscopo Hammaburgensi [3]), datis. Quae quum ita sint, facile assentiar Josepho Heyrenbach proponenti [4]), ut lectio privilegii huius emendetur e codice Udalrici Babenbergensis, qui Gregorii PP. IV. privilegium Ansgario, archiepiscopo Hammaburgensi tributum, in collectionem suam epistolarum diplomatumque praeclarissimam recepit. Habes autem epistolam Gregorii PP. IV. laudatam in codicibus mss. Udalrici

1. cod Vindob. 398 [jur. can. 45] mbr. fol. max. saec. XII. fol. 46,

ex quo Joannes Georg. Eccard collectionem Udalrici edidit [5]); et

---

[1]) Mansi XV. 391 sq. Jaffé No. 2120.

[2]) Kleinmagen, Nachrichten vom Zustand der Gegenden und Stadt Juvavia. Diplom. Anhang No. XXVIII. p. 82. Jaffé No. 1961.

[3]) Joh. Martin Lappenberg, Hamburgisches Urkundenbuch. Hamburg 1842. Bd. I. No. XIX. p. 29—31. Jaffé No. 2112.

[4]) Cod. Vindob. 7313 [Rec. 1983] fol. 20v.

[5]) Jo. Georg Eccard, Corpus historicum medii aevi. Lipsiae 1723. V. II. 108 sq.

2. cod. monasterii Zwetlensis 283. mbr. in 4°. saec. XII. pag. 73 sq.[1]).

Neque tamen praetermitto, quin bene me nosse dicam, in Gregorii PP. IV. ad archiepiscopum Hammaburgensem litteris non integrum schema privilegii sed tantum a verbis „nosque pallium tibi ad missarum sollempnia celebranda tribuimus, quod tibi in diebus tuis etc.“ usque ad altera illa „quod foris accepisse ostenderis, intus habebis,“ receptum esse et haec ipsa verba non reperiri in originali pontificis bulla, quae in tabulario Stadensi exstat, sed in codice tantum Vicelini et in collectione Udalrici assumpta et inserta esse[2]) ex epistola Nicolai I. Ansgario directa[3]).

§. 3. De codicibus „collectionis trium partium“ quibusdam manuscriptis.

Collectionem antegratianeam, quae in tres partes dividitur, unde nomen invenit, accurate descripsit Augustinus Theiner[4]). Prima autem pars Romanorum pontificum litteras decretales, secunda conciliorum canones complectitur atque in utraque adornanda quamvis plura occurrant, quae ipsius compilatoris sunt propria, tamen auctor maxima e parte Pseudo-Isidori collectione usus est. Tertia denique pars, quae praecipue canonum collectionis speciem refert, loca exhibet ex patribus, scriptoribus ecclesiasticis, Romanorum et Francorum legum compilationibus excerpte et in 29 rubricas disposita. Collectionis vero auctorem ignoramus. Quum Urbani PP. II. decretales sint ultimae, ex quibus auctor excerpsit, huius pontificis tempore collectionem compositam esse, aliquo jure contendi potest; „tanto enim tamque admirabili in colligendis monumentis ardore auctor suum opus absolvit, ut certe si quae posteriora habuisset aut cognovisset documenta, illa ipse inseruisset[5]).“ Collectio trium partium inter fontes gratianeos quamquam non infimum tamen non adeo prin-

1) Bibliotheca Rerum Germanicarum ed. Phil. Jaffé. Tom. V.: Monumenta Bambergensia. Berolini 1869 p. 2. 6.

2) Joh. Martin Lappenberg, Hamb. Urkundenbuch, pag. 16. Nota q.

3) Lappenberg l. c. No. XIV. pag. 23 sq. Jaffé No. 2085.

4) Aug. Theiner, Ueber Ivos vermeintliches Decret. Mainz 1832. S. 17 bis 26. Disquisitiones criticae in praecipuas canonum et decretalium collectiones, Romae 1836. Disq. III. cap. I. § 7 pag. 154—161.

5) Aug. Theiner, Disquis. crit. p. 150.

cipalem tenere perhibetur locum[1]), qualem ei Augustinus Theiner tribuit[2]). Qualis vero cognatio inter collectionem nostram et decretum Ivonis Carnotensis intercedat, utrum Ivonis decretum ex collectione trium partium depromptum sit an haec ex illo descendat, inter viros doctos non satis constat[3]).

Omnium autem primi collectionis nostrae mentionem fecerunt Ballerinii fratres e

1. Cod. Vaticano Reginae 973 in tractatu de antiquis tum editis tum ineditis collectionibus et collectoribus canonum ad Gratianum usque (P. IV. c. XVIII. §. 2)[4]).
2. Codicem Berolinensem 197 mbr. in fol. max. saec. XIII[5]), cuius peculiares notas describit, Augustinus Theiner[6]) praefert quatuor

3—6. Codicibus Parisiensibus 3858, 3858A, 3858B, 4282, ex quibus prologum collectionis vulgavit. Codices Parisienses iam ante Augustinum Theiner adhibuit Fridericus Carolus de Savigny[7]).

7. Cod. Vindob. theolog. 335 in fol. incipit a partis III. titulo 22[8]).

Ab altera parte mancus est

8. Cod. Lambacensis 107. mbr. in 4°. saec. XII, quem satis accurate descripsit P. Pius Schmieder O. S. B.[9]), postquam Ferdinandus Balay primum codicis nuntium attulit[10]). Cod. Lambac. primam partem collectionis habet

---

1) Cfr. Wasserschleben, Beiträge zur Geschichte der vorgratianischen Kirchenrechtsquellen. Leipzig 1839. S. 58 f.

2) Ib. p. 188—191 (Disquis. III. c. 3).

3) Cfr. Kritische Vierteljahrsschrift für Gesetzgebung und Rechtswissenschaft. Bd. 5. München 1863. S. 202 (Fr. Maassen, Zur Geschichte des Kirchenrechts und des römischen Rechts im Mittelalter).

4) S. Leonis Magni Romani Pontificis Opp. curantibus Petro et Hieronymo fratribus Balleriniis. Venet. 1753—1757. Tom. III. pag. CCCXVI.

5) Decretum Magistri Gratiani ed. Aemilius Friedberg. Lipsiae 1879. pag. LXIII.

6) Aug. Theiner, Ueber Ivos vermeintliches Decret. S. 18 Note 25. Disquis. crit. pag. 155 Nota 25.

7) Friedrich Carl von Savigny, Geschichte des römischen Rechts im Mittelalter. I. Aufl. 2. Bd. Heidelberg 1816. S. 284.

8) Aug. Theiner, Ueber Ivos vermeintliches Decret. S. 19. Disquis. crit. p. 156.

9) Archiv für kath. Kirchenrecht. Bd. XIII. Mainz 1865. S. 473—475.

10) Archiv für kath. Kirchenrecht. Bd. XII. 1864. S. 474.

integram, secundae vero nihil nisi concilia graeca et quinque prima concilia Carthaginiensia. — Denique Jo. Fridericus a Schulte reperit huius collectionis

9. Codicem Alentiacum (Alençon, bibliothèque de la ville) 135 mbr. fol. saec. XII[1]).

Tot igitur codices mss. collectionis trium partium viris doctissimis sunt noti. Quorum unum tantum Lambacensem nostris oculis vidimus. Sed duos alios praeterea codices manuscriptos adhuc, quod sciamus, ignotos et nondum descriptos reperimus.

I(10). Cod. Admontensis 162. mbr. in fol. min. saec. XII.

fol. 6—139 Collectio trium partium et prima quidem pars legitur a fol. 6 ad 66 usque,
secunda deinde a fol. 66—102v,
tertia denique a fol. 102v—139.
Folium primum, a compactore codicis insertum, exhibet fragmentum commentarii in libros sacros duplici columna et manu saec. XV. exarati.
Folia 2—5, quae collectionem trium partium praecedunt, primo vacua, postea rebus varii argumenti obsita sunt.

fol. 2v Homilia Cypriani: „Dominus in euangelio dicit. Reiicitis mandatum dei, ut traditionem uestram etc.," quae fol. 4v—5v continuatur.

fol. 3—4 Conciliorum canones et pontificum Romanorum decreta quaedam contra invasores rerum ecclesiasticarum.

fol. 123 fragmentis e concilio Meldensi et Theodori libro poenitentiali refertum et post capitula tituli XIII „de monachis et sanctimonialibus" interpositum, interrumpit nonnihil collectionis partem tertiam, quam Friedericus Maassen prioribus duobus posteriorem esse censet, quum auctor

[1]) Schulte, Iter Gallicum, in Sitzungsberichte der philos.-histor. Classe der kaiserl. Akademie der Wissenschaften. Bd. 59. Wien 1868. S. 454—456. — Cod. monasterii Gottwicensis 56. fol. mbr. saec. XII, quem Jo. Friedr. a Schulte descripsit (Die Rechtshandschriften der Stiftsbibliotheken von Göttweig, Heiligenkreuz, Klosterneuburg, Melk, Schotten in Wien, in Sitzungs-Berichte der philos.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften. Bd. 57. Wien 1867. S. 560—569) habet quaedam similia cum collectione trium partium in adornando rerum argumento. Tamen, qui meis ipse oculis et codicem Gottwicensem et codices collectionis tr. part. vidi, codicem Gottw. e collectione tr. part. originem duxisse, firmiter nego.

collectionis in tertia parte compilanda decreto Ivonis usus sit, quomodo Ivo duas priores huius collectionis partes in suum usum converterit.

Manu alia sunt scripta:

fol. 140—153v „Apologeticus super excommunicationem Gregorii VII." Incipit: Religiosissimo Patri et prudentissimo praeceptori Bernhardo, iam ipsius regis cubiculum ingresso, Bernaldus, solo nomine presbyter non moribus, deuotissime orationis atque servitii certitudinem.

fol. 153v—154. Bernaldi apologeticum subsequitur exigua collectio ecclesiasticarum constitutionum de excommunicatis, litteris minutis scripta.

fol. 154v—163v. Liber quidam poenitentialis.

Item alia manu, quae usque ad finem codicis pergit, scripta haec leguntur:

fol. 164—166: „Dilectissimis in christo fratribus et praecipue cantoribus aecclesiae lugdunensis Agobardus in eodem christo domino et saluatore salutem sempiternam. In diuinis laudibus celebrandis quanto studio fugienda sit leuitas etc." Expl.: „ubi ista sufficere et superabundare noscuntur." Est Agobardi liber de correctione antiphonarii.

fol. 166—167v. Petri Damiani epistola: „Domino Alexandro, summae sedis antistiti, P. peccator, monachus, seruitutem. Sicut ad patrem familias quaelibet domesticae facultatis iactura refertur etc."

Expl.: „Absit ut, qui praelationis ambitu secularem coluit principem, spiritualem aecclesiastici culminis obtineat dignitatem. Vale."

fol. 167v — 191v. „De Omelia XXIII. johannis chrisostomi in mathai. Quid igitur? Non debemus arguere peccantes?"

Expl.: „cum et ille reprehendatur occulte, qui inuitus accepit."

fol. 191v — 197v. „Epistola S. Jeronimi Presbyteri Ad Damasum de VII. uindictis cain et de egressione isrl (sic) de egypto et ignorantia ysaac in benedicendo filiis.

Beatissimo Papae Damaso Jeronymus. Postquam epistolam tuae sanctitatis accepi etc." — Expl.: „Scire autem habundare non nisi eorum est, quos et habundantia non corrumpit."

fol. 197v — 206v. „Incipit Liber Anshelmi Lungdunensis Episcopi Contra Wicbertum Et Sequaces Eius.

Proprium est bonarum mentium ibi metuere culpam, ubi non est.

Expl.: „Nunc restat de facultatibus aecclesiae dicere, quas idem contendunt sub regia ditione manere.“ Sunt Anselmi, Lucensis episcopi, libri duo contra Guibertum antipapam pro defensione Gregorii VII, quos „e bibl. ecclesiae cathedralis Ratisbonensis“ ed. Henricus Canisius, Thesaurus monumentorum ecclesiasticorum et historicorum sive Lectiones antiquae ad saeculorum ordinem digestae (variis observationibus et notis auctae a Jacobo Basnage). Amstelaedami 1725. Tom. III. Pars I. p. 372—388 [1]).

fol. 207 est vacuum; in extrema parte folii 207v notatum legitur: Iste liber pertinet ad sanctum blasium Ademunt.

II. (11). Cod. Monac. 12603 [Ransh. 3] mbr. in fol. max. saec. XIII.

Codex, e bibliotheca S. Pancratii canonicorum regularium in Ranshofen oriundus, in membrana crassa litteris pinguibus et nitidis exaratus haec continet:

fol. 1—121 Collectionem trium partium.

fol. 122—150 Apologeticum Bernaldi super excommunicationem Gregorii VII.

fol. 150v — 151. Anathemata Cyrilli. — fol. 151v est vacuum.

§. 4. Conspectus capitulorum, quae auctor collectionis trium partium adhuc ineditae e Nicolai I. epistolis excerpsit.

Trium collectionis partium quae prima est plurimum nostra interest; praebet enim decretalium Nicolai I. capita septuaginta quattuor,

1) L. c. Canisius post verba „Nunc restat de facultatibus ecclesiae dicere etc.“ sic: „In manuscripto, inquit, codice, quo usi sumus, subiiciebantur sequentes sententiae (l. c. p. 389—395), ab ipso, ut videtur, Anselmo ex variis auctoribus collectae, quibus demonstrare studet, ecclesiae facultates non esse in potestate Regis aut Caesaris. Quo fit, ut ea quae sequantur, aut sint altera pars secundi libri, aut totius operis liber tertius. Utrum tamen nihil desideretur, non iniuria ambigas.“

quae Gregorii I. tantum numero (112) superantur[1]). Quamvis quidem inter 74 Nicolai capitula non inveniatur nisi unum (c. 42) anecdotum, exstant tamen nonnulla, quae Philippus Jaffé regestis huius pontificis nondum inseruit. Quorum de origine et tempore ut aliquid certi eruere et definire possimus, non solum capitulorum Philippo Jaffé tunc ignotorum verum etiam et ceterorum, quorum vicina leguntur, eodem quo in collectione trium partium ponuntur ordine, cum inscriptionibus et fontibus indicatis conspectum conficere oportuit.

Leguntur autem Nicolai I. capitula in collectionis tr. part., quos vidimus, codicibus:

Admont. fol. 57v—64, Lambac. f. 98—113, Monac. f. 49—55.

I. Nicolaus papa Michaeli imperatori[2]). *Quod inferiores a iudicandis suis propositis cohercendi sunt.*

Denique si in epistola ad hebreos legimus — nec etiam benedicendi ius ullum penitus obtineant. Mansi XV, 198 B.

II. Item idem eidem. *Quod non sit considerandum, quales sint sacerdotes, sed quid de domino loquantur.*

Non quales sacerdotes domini — quanto potius, qui super cathedram Petri sedent, esse existimatis obaudiendos. Mansi XV, 188.

III. Idem episcopis in concilio apud Conuicinum[3]). *Quod non sit utendum lege imperatorum in omnibus ecclesiasticis negotiis.*

Lege imperatorum — aliquotiens obuiare. Mansi XV, 302 B.

---

1) Ordinem pontificum Romanorum, e quorum decretalibus auctor collectionis tr. part. excerpsit, enumeravit Aug. Theiner, Ueber Ivos vermeintliches Dekret, S. 22 f. N. 31. Disquis. critic. p. 158 sq. n. 31. — Recte hoc monuerunt Joh. Fried. a Schulte, die Rechtshandschriften der Stiftsbibliotheken etc. l. c. S. 567 et Pius Schmieder, Archiv f. kath. Kirchenrecht, XIII. 474, ab Augustino Theiner epistolas Silvestri, quae Melchiadis capitula excipiant, omissas esse. Alio autem loco, in textu ipso, legimus: „dein exceptiones S. Sylvestri statim Melchiadis decretalibus, quin quidquam interserat, subjunxit, cum tamen Pseudo-Isidorus conciliorum canones ipsis intromiserit.“ Disquis. crit. p. 156.

2) Cap. I et II ex epistola Michaeli imperatori ao. 865 data, apud Philippum Jaffé No. 2111.

3) Cap. III et IV ex epistola episcopis, qui „in Convicinum, villam publicam secus civitatem Silvanectensis concilii causa“ convenerunt, a. 863 data ap. Phil. Jaffé No. 2054.

IIII. *De eodem.*

Imperiali iudicio non possunt — nullum posse inferre iudicium asseramus. Mansi XV, 302 C.

V. *Quod apostolicae sedis iudicium a nemine foris sit retractandum et quando eiusdem sedis sententiam in melius liceat commutari*[1]).

Patet profecto — quae bene sunt definita retractare noluerit. Mansi XV, 210.

VI. *Quod qui tantum humanis rebus praesunt, eos, per quos diuina ministrantur iudicare non praesumant.*

Denique hi, quibus tantum humanis rebus — penitus ignoramus. Mansi XV, 214 D.

VII. *Quod et imperatores pontificibus indigeant et pontifices imperialibus legibus utantur.*

Cum ad uerum uentum est — qui esset negociis saecularibus implicatus. Mansi XV, 214 sq.

VIII. *Quod pontifex a saeculari potestate nec solui possit nec ligari nec per imperialem sententiam expelli.*

Satis euidenter ostenditur — legitimae sanctionis. Mansi XV, 295.

VIIII. Nicolaus ad Carolum imperatorem[2]). *Quod episcopi Christo servire debeant, milites uero saeculi saeculo.*

Reprehensibile ualde esse constat — nisi ut vacent orationibus? Mansi XV, 291 B.

X. Idem archiepiscopis et episcopis per Gallias[3]). *Quod quae sedes apostolica scripsit, ceterorum tractatorum scriptis debeant praeferri.*

Si romanorum pontificum decretum — minus accepta esse perhibeantur. Mansi XV, 695 A.

XI. *De eodem.*

Si ideo non esse decretales — Leonem et Gelasium mandasse probauimus. Mansi XV, 695 C—696 C.

---

1) Cap. V ad VIII usque ex eadem, qua supra, ep. Michaeli a. 865 data, Jaffé No. 2111.

2) Cap. IX ex ep. ad Ludovicum, Germaniae regem, et Carolum Calvum circa 22. April a. 865 data, Jaffé No. 2108.

3) Cap. X et XI ex ep. „archiepiscopis et episcopis apud Gallias constitutis“ ao. 865 data, Jaffé No. 2100.

XII. Nicolaus papa ad Carolum[1]). *Quod manifesta accusatore non indigent.*

Accusatores habere Lotharium — Manifesta quippe apostolo teste sunt opera carnis, quae sunt fornicatio immunditia et cetera. Mansi XV, 330 E.

XIII. Idem Adoni Viennensi archiepiscopo[2]). *De his, qui res deo dicatas sub concessione principum diripiunt.*

De rebus, quae semel deo contributae — excommunicationis sit uindicta cohercendus. Mansi XV, 343 sq.

XIIII. Idem Michaeli imperatori[3]). *Ut quod apostolicae sedis auctoritate sancitur, inconcusse teneatur.*

Consequens enim, ut quod — firmiter atque inconcusse teneatur. Mansi XV, 175 A.

XV. *Quod Sardicense concilium recipiendum sit.*

Quod dicitis neque Sardicenses — non retineret? Mansi XV, 176 E.

XVI. *Quod qui decreta romanorum pontificum non habent, de neglectu sint arguendi; qui vero habent et non obseruant, de temeritate corripiendi.*

Si decreta romanorum pontificum — corripiendi et arguendi. Mansi XV, 177 A.

XVII. *Consuetudinibus, quibus canonica auctoritas non obsit, minime obuiandum.*

De consuetudinibus — nil iudicamus uel eis resistimus. Mansi XV, 177 D.

XVIII. Idem Frotario archiepiscopo Burdegalensi[4]). *Quis modus poenitentiae fuerit indicendus Burgando et maliciae suae sequacibus, qui nefarias praesumptiones facere praesumpserunt.*

De uiro nefando, Burgando nomine — maneant poenitentes. Mansi XV, 400 sq.

---

[1]) Cap. XII. est finis epistolae Ludovico, Germaniae Regi, „prid. Kal. Nov." a. 867 missae, Jaffé No. 2183. Idem cap. est in collectione canonum cardinalis Deusdedit lib. IV. c. 100 (e cod. Vaticano palimps. ed. Pius Martinucci Venet. 1869 p. 416). Apud Gratianum c. 16. C. II. qu. 1: Nicolaus Papa Karolo (ed. Rom. Ludovico) Regi [in epistola, quae incipit Syllabarum]. Que Lotharius, uester nepos, rex fecit, accusatione non indigent. Manifesta enim sunt opera eius. ed. Aem. Friedberg p. 445.

[2]) Ex ep. Adoni a. 862 data, Jaffé No. 2034.

[3]) Cap. XIV. ad XVII. usque ex epistola Photio (non Michaeli) data a. 862. Jaffé No. 2030.

[4]) Gratiani decr. c. 17. C. XII. qu. 2. Jaffé No. 2148 (ao. 858—867).

XIX. Idem Aluino Jouanensi archiepiscopo [1]). *De episcopis aliqua infirmitate correptis.*

Pontifices, qui aliqua occupantur infirmitate — salubriter augeatur et triplicetur.

XX. *Ne clerici a demonibus obsessi ad superiorem gradum possint accedere.*

Clerici, qui in adolescentia -- accedere non possunt [2]).

XXI. *De his, qui arborem incidunt, si arbor cadens hominem occiderit.*

Hi, qui arbores incidere uidentur — in sacro ordine nullatenus suscipiendi [3]).

XXII. *De eo, qui cum duabus sororibus fuerit fornicatus uel cum his personis, de quibus sancta scriptura prohibet [4]).*

Si quis cum duabus fuerit sororibus fornicatus — solummodo statuimus. Mansi XV, 142 D.

XXIII. *Quod anathemate feriendus sit, qui fornicatus fuerit cum matre spirituali uel cum ea, quam de sacro fonte suscepit uel cum ea, quam ante episcopum tenuit ad confirmationem.*

Si quis cum matre spirituali — non dimittat uxorem. Mansi XV. 142 E [5]).

---

[1]) Ivonis decr. V. c. 352. Gratiani decr. c. 4. C. VII. qu. 1. Jaffé No. 2154 (ao. 858—867).

[2]) Ivonis decr. XI. c. 104 (Aluvino Jovanensi). Gratiani decr. c. 4. D. XXXIII. (Nicolaus Papa). Jaffé No. 2152 (ao. 858—867). — Maurini (cfr. Analecta Juris Pontificii. Dixième serie. Rome 1869. col. 171 s.) cap. XX. ad XXIII. usque decreta Adalvino, archiepiscopo Salisburgensi, directa esse existimaverunt in errorem inducti per codicem Josaphataeum, quem Paulus Ewald codicem collectionis tr. part. esse contendit (Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde. Bd. VII. Hannover 1881. S. 243), ubi capitula illa sicut in nostris codicibus sub eadem inscriptione capitis XIX (Aluino Jouanensi) currere videntur. Capitula XXII. ad XXIV. usque ex ep. Adalvino data non fluxisse, certissimum est. cfr. notam ad c. XXII.

[3]) Gratiani decr. c. 49. D. L. (Nicolaus papa).

[4]) Cap. XXII. ad XXIV. usque leguntur in ep. Nicolai Carolo, archiepiscopo Moguntino eiusque suffraganeis data. Jaffé No. 2045. Quam epistolam spuriam et e canonibus concilii Wormat. a. 868 ante concilium Triburiense a. 895 compositam esse docebit M. Sdralek, Handschriftlich-kritische Untersuchungen über eine Gruppe von Briefen Papst Nicolaus I. in „Archiv f. kath. Kirchenrecht“ Bd. XLVII. 1882. S. 177 ff. — Cap. XXII. habes in Ivonis decr. IX, 31 (Carolo archiepiscopo et eius suffraganeis), Gratiani decr. c. 16. C. XXXIII. qu. 2 (Nicolaus).

[5]) Idem cap. legitur in Ivonis decr. I, 138. IX, 36 (Carolo archiepiscopo et eius suffraganeis), Grat. decr. c. 17. C. XXXIII. qu. 2 (Nicolaus).

XXIIII. *An liceat uxorem, quae adulterium perpetrauerit, marito ipsius occidere.*

Inter haec uestra sanctitas addere studuit — non occidit sed uiuificat. Mansi XV, 142 sq.[1])

XXV. Idem omnibus archiepiscopis per Galliam et Germaniam constitutis[2]). *De Lothario, qui prima uxore expulsa secundam sibi asciuit.*

Iuxta statutum nostrum — praeuaricatorem se iudicauit. Mansi XV, 282 A.

XXVI. Idem Radualdo Portuensi et Johanni Ficolensi episcopis[3]). *De Lothario, qui Gauldrata repudiata aliam admiserat.*

Lotharius rex in commonitorio profitetur — ut iniusticiae mole non opprimatur. Mansi XV, 367 sq.

XXVII. Idem Radoni archiepiscopo Medialano[4]). *Non debere aptari imagines sanctorum et nomina corporibus nondum diuinitus reuelatis.*

Quod ais apud dioecesim — ad summam sanctorum provexerit libertatem.

XXVIII. Nicolaus omnibus episcopis in regno Ludovici[5]). *De quodam clerico, qui inuitus monachus factus fuit.*

Praesens clericus nomine Lambertus — accipiat secundum suum laborem.

---

1) Ivonis decr. VIII. 124 (Carolo archiepiscopo) VIII. 333 et panorm. VII. 14 (Aluino archiepiscopo). Maurini (Analecta Jur. Pontif. X. 1869. col. 172. nota 2): „Nec mendum putamus apud Ivonem, cum unum et idem decretum p. 8. c. 124 Carolo archiepiscopo et eius suffraganeis, et cap. 333 Alvino archiepiscopo inscribitur, sed episcopis earundem regionum eadem interrogantibus eadem quoque data fuisse responsa.“ Aliter autem se res habet. Ivo enim altero loco ex spuria illa ad Carolum epistola, altero loco ex collectione trium partium excerpsit; et hoc quoque loco probatur, non auctorem collectionis tr. part. exscripsisse decretum Ivonis, sed Ivonem collectione usum et per inscriptionem cap. XXII, quam ad omnia capitula ad XXIV usque pertinere putavit, in errorem inductum esse. Cum Ivone erravit Gratianus c. 6. C. XXXIII. qu. 2 (Nykolaus Albino archiepiscopo).

2) Jaffé No. 2038 (a. 862).

3) Jaffé No. 2055 (a. 863).

4) Maurini Analecta Jur. Pontif. X. 1869. col. 174 e codice Josaphataeo. Cfr. M. Sdralek, Eine werthvolle Nachlassenschaft des Mauriners Pierre Constant und seiner Fortsetzer in der bibliothèque nationale zu Paris. Die Briefe des Papstes Nicolaus I. in „Theologische Quartalschrift“, Tübingen 1880. S. 244.

5) Ivonis decr. VI. 356. Grat. c. 4. C. XX. qu. 3. — Fragmentum epistolae incerto tempore scriptae (a. 858—867). Jaffé No. 2143.

XXIX. Idem Ludovico imperatori [1]). *Quod si quid turpe de sacerdotibus domini auditur, contegatur.*

In scripturis narratur, Constantinum imperatorem — benedictione repleri moderante domino mereamini.

XXX. *De Seufredo absque primatis sui iudicio ab episcopio remoto* [2]).

Denique si Seufredus — in animadversione diffinietur.

XXXI. Idem eidem. *Quod apostolicae sedis moris non sit, absque signatis apicibus undecunque suscipere legationem.*

Nobilissimus uir atque strenuus uestrae sublimitatis legatus — sicut honestum fuit, credidimus [3]).

XXXII. *Quod nihil intersit, utrum in suscipienda legatione omnes in unum optimates Romani, an tres ex his uel duo uel unus conueniat.*

Illud uero, quod idem Astulfus dicebat — quod male agitur, pocius redarguimus [4]).

XXXIII. Nicolaus Hygmaro Remorum archiepiscopo [5]). *Quod necesse sit, accusatorem uel accusatum simul adesse.*

Necesse est secundum sacrarum omnia scripturarum documenta — nullum praeiudicium irrogetur.

---

1) Gratiani decr. c. 8. D. XCVI. Aemilius Friedberg N. 122 ad Gratiani Dist. 96 hoc fragmentum ex epistola Nicolai non Ludovico, sed Michaeli imperatori data a. 865 (Jaffé No. 2111) excerptum esse arbitratur. — Sed in epistola, quam Aemilius Friedberg attulit, haec tantum verba leguntur: „magis debueratis in hoc imitari Constantinum pium Augustum, de quo scriptum est, quod dixerit: Quia si vidissem aliquem eorum, qui religioso circumamicti sunt habitu, turpitudinem aliquam operantem, chlamydem meam explicassem et cooperuissem eum, ne videretur a quoquam. Sed in viro hoc (scil. Ignatio) omnia haec oblivioni traduntur.“ Mansi XV. 201 A. Cfr. § sq.

2) Gratiani decr. c. 3. C. VI. qu. 3 (Nicolaus papa). Aemilius Friedberg n. 35 ad qu. 3. C. VI: „Non reperitur inter epistolas Nicolai I. qua re immerito, ut Berardus quidem censet (II. 2, 227) ad conc. Rom. VII. retulit Mansius.“ Cfr. § sq.

3) Gratiani decr. c. 3. D. XCVII. (Nicolaus Papa). Aemilius Friedberg n. 91 ad Dist. XCVII: Cochlaeus in collectione decretorum Nicolai I. ap. Mansit. XV. epistolam Nicolai ad Ludovicum imp. fontem laudavit, quam tamen non contigit investigare.“ Cfr. §. sp.

4) Maurini, Anal. Jur. Pontif. X. 1869. col. 169 e cod. Josaph.

5) Gratiani c. 21. C. III. qu. 9 (Nicolaus papa Igmaro Remorum archiepiscopo).

XXXIIII. Item eidem[1]). *De his, qui cum excommunicatis necessitate uel ignorantia uel studio communicant.*

Excellentissimus rex Carolus — uolumus a te prorsus absolui. Mansi XV, 389.

XXXV. Nicolaus archiepiscopis et episcopis per Galliam, Italiam, Germaniam atque per uniuersas prouincias constitutis[2]). *De duobus episcopis culpam Lotharii regis tutantibus.*

Scelus, quod Lotharius rex — sedem confluens apostolicam referebat. Mansi XV, 649 sq.

XXXVI. *De eodem.*

Igitur decernente nobiscum — indubitanter existunt. Mansi XV, 650 sq.

XXXVII. *Depositio Teugaldi Treuerensis et Guntharii Agrippine Colonie archiepiscoporum.*

Teugaldum Treuerensem et primatem Belgicae prouinciae — exutos regimine consistere diffinientes. Mansi XV, 651.

XXXVIII. *Quod qui decreta a sedis apostolicae presule promulgata contempserit, anathema sit.*

Si quis dogmata — anathema sit. Mansi XV, 652 E.

XXXVIIII. *De licentia ingrediendi ecclesiam depositis episcopis concessa*[3]).

Praedictis autem depositis — sicut nos cum sancta synodo decreuisse iam constat.

---

[1]) Ivonis decr. XIV, 46 (Hincmaro Remorum archiep.) panorm. V, 106 (Igmaro archiep. Rem.) Gratiani decr. c. 102. C. XI. qu 3 (Igmaro Remorum arch.). — Philippus Jaffé (No. 2171) et Aemilius Friedberg (N. 1074 ad qu. 3. C. XI) epistolam inter annos 864 et 867 datam esse volunt. Maurini (Anal. Jur. Pontif. X. 1869. col. 133. N. 1) sibi persuaserunt, epistolam post excommunicationem ab Arsenio contra Ingeltrudem latam anno exeunte 865 scriptam esse: „id solum videtur asseri posse, nempe datam fuisse post latam ab Arsenio in perditam mulierem excommunicationis sententiam: voces saepe damnata istud clare innuunt. Excommunicatio prima lata est anno 860 in concilio Mediolanensi; altera in consilio Romano anni 863; tertia Arsenii epistola."

[2]) Cap. XXXV. ad XXXVIII. usque sunt capita I, II, V sententiae synodi Romanae mense Octobri a. 863. Jaffé No. 2075—2077.

[3]) Gratiani decr. c. 10. C. XI. qu. 3 (continuatio canonis „Teugaldum Treuerensem)." De origine huius capituli et de tempore, quo datum sit, disseremus §. sq. — In codice Lambac., in quo capitulis saepius falsi numeri praeponuntur, in rubrica huius capitis hoc est omissum: „depositis episcopis concessa."

XL. Idem Lothario regi [1]). *De magnitudine sui peccati* [2]).

Ita corporis tui cedere motibus — ab omni episcopatus regimine regulariter sequestrati.

XLI. *De eodem* [3]).

An non districta ultione — aquis obolitum sit cataclysmi.

XLII. Nicolaus omnibus archiepiscopis et episcopis per Galliam, Burgundiam atque Germaniam constitutis. *Quod si episcopi unanimes fuerint, nemo eis resistere poterit.*

Si unanimes fueritis, quis est, qui uobis resistat? Patres nostri etiam regibus restiterunt. (Anecdotum. cfr. §. sq.)

XLIII. Idem Osbaldo, chorepiscopo Quadrantano [4]). *De quodam presbytero, cuius percussione diaconus extinctus dicebatur.*

Studeat sanctitas tua — suae sustentationis solatium.

XLIIII. *De clericis, qui se defendendo paganum occiderunt* [5]).

De his uero clericis — in profundum dimergi.

XLV. Idem Adoni, Uiennensi archiepiscopo [6]). *De quodam subdiacono, qui uxorem duxerat.*

De illo clerico, nomine Aluico — uxorem ducendi licentiam dedimus. Mansi XV, 449 D.

XLVI. Nicolaus Guaniloni, archiepiscopo Sennensi et uniuerso concilio a Te congregato [7]). *Quod nemo apostolicam sedem adire uolentem impedire praesumat.*

Re uera iustus mediator — iter eius impedire praesumat.

---

1) Cap. XL et XLI sunt excerpta ex epistola alias deperdita, qua Nicolaus Lotharium a. 863 Lotharium de synodi Romanae sententia certiorem fecit, Jaffé No. 2078. Ivonis decr. VIII, 227. Gratiani c. 96. Cap. XI. qu. 3 (Ita corporis tui — regulariter sequestrati) c. 19. C. XXIV. qu. 3 (An non — cataclysmi).

2) Cod. Lambac. exhibet hoc loco rubr.: *depositis episcopis concessa.*

3) Cod. Lambac.: *De magnitudine sui peccati.*

4) Ivonis decr. X, 24. Gratiani c. 39. D. L. Jaffé No. 2165 (a. 858—867).

5) Gratianus (c. 6. D. L. Osbaldo corepiscopo Quadrantino) omisit, quae post verba „quolibet modo occidendi“ leguntur in collectione tr. partium: „Non igitur licentiam damus — nec occidendi prorsus tribuimus facultatem.“ Haec verba Maurini (Anal. Jur. Pontif. X. 1869. col. 171 N. 3 ad ep. 156), qui cap. XLIII et XLIV collectionis nostrae, a Gratiano diversis locis laudata, iure inter se coniungere videntur, e codice Josaph. descripserunt.

6) Jaffé No. 2081 (a. 864).

7) Gratiani c. 12. C. III. qu. 9 (Gallinoni Senensi archiep.) Jaffé No. 2096 (a. 858—867).

XLVII. Idem Unifredo, Morinensis ecclesiae episcopo[1]), *qui consuluerat, an ipse a Normannis ab episcopio depulsus, de cetero in monasterio conuersari possit.*

Sciscitaris itaque per Guandalgarium presbyterum — percipere sempiterna. Mansi XV, 399 D—400 A.

XLVIII. *Quod clericum, qui paganum occiderit, non oporteat ad maiorem gradum prouehi*[2]).

Clericum autem — negotiis spiritualibus. Mansi XV, 458C.

XLIX. Idem Guaniloni Sennensi archiepiscopo[3]). *Quod si in accusatione accusati persona deest, uni parti ad alterius discrimen cedendum non est.*

Judicas Herimannum episcopum — uel aliquo modo feriendum. Mansi XV, 398 B.

L. Nicolaus Radulfo, Bituricensi archiepiscopo[4]). *Quod primates nihil priuilegii prae ceteris episcopis, nisi quantum sacri canones concedunt, habeant.*

Primates nihil priuilegii — priuilegio decreuit honorare. Mansi XV. 390 B.

LI. *Utrum presbyteris et diaconibus, cum ordinantur, manus crismate perungi debeant.*

Praeterea sciscitaris — te affatim edocebunt. Mansi XV, 390 C.

LII. *De his, qui pro criminibus poenitentiam gerunt et ad militiam reuertuntur.*

De his uero, qui pro criminibus — praesens positus respicere uales. Mansi XV, 390 D.

LIII. *De his qui filiastros suos ad confirmationem coram episcopis tenent.*

De his, qui filiastros suos — ignorantiae nostrae ne memineris. Mansi XV, 390 E.

---

1) Gratiani c. 47. C. VII. qu. 1 (Unifredo Morinensis ecclesiae ep.) Jaffé No. 2026 (a. 861?)

2) Ivonis decr. VI, 120 (Wilfredo, Morinensis ecclesiae episcopo). Gratiani c. 5. D. L. (Nicolaus papa).

3) Gratiani c. 14. C. III. qu. 9 (Gallinoni Senensi arch. „Indicas Hermanum“). Ex ep. Weniloni, Senensi archiscopo, data ao. 858—859. Jaffé No. 2016.

4) Cap. L ad LIV usque ex epistola Rodulfo, arch. Bituricensi, a. 864 data, Jaffé No. 2091, 2b. 3. 4. 5. 6, 7.

LIIII. *De interfectoribus suarum coniugum et quod gloria in excelsis in cena sit dicenda et quod pallio eadem die uti sit licitum illis, quibus est permissum.*

Interfectores suarum sine iudicio coniugum — ab apostolica sede permissum. Mansi XV, 390 E—391 A.

LV. Idem Salomoni Constantiensi episcopo [1]). *De presbytero uel diacono crimen publice confiteri uolente, sed cum sacramento defendere se nolente, cum tamen notum sit episcopo, eum scelus perpetrasse.*

Presbyter uel diaconus — priuat proprio gradu.

LVI. Idem Adaluino archiepiscopo [2]). *De Lanfredo episcopo uenationi dedito.*

Quorundam relatione fidelium — grauitate constringitur.

LVII. *De eodem et hoc, quod cum filia sua immoderatam teneat familiaritatem.*

O miseram uitam hominum — a ministerio cessare debebit.

LVIII. Nicolaus Salomoni, regi Brittorum [3]). *Quod episcopi Britanniae suffraganei sunt Turonensis archiepiscopi.*

Haec quippe sunt sancta praecepta — studeant inuicem et in omnes. Mansi XV, 395 D—396 B.

---

1) Ivonis decr. VI, 122. Gratiani c. 2. C. XV. qu. 5. Jaffé No. 2155 (a. 858—867). Est cap. III responsionum „Nicolai papae ad Salamonem uenerabilem Constanciensae sedis episcopum", quas primum integras in lucem mittet M. Sdralek, Handschriftlich-kritische Untersuchungen über eine Gruppe von Briefen Papst Nicolaus I., in Archiv für kath. Kirchenrecht, Bd. XLVII. Mainz 1882. S. 186 f.

2) Cap. LVI et LVII in Ivonis decr. V, 353 (Alvino Iouanensi episcopi). — Apud Gratianum c. 1. D. XXXIV (Adaluino archiepiscopo, Ed. Rom: ad Albinum arch.) omittuntur haec verba: „O miseram uitam — probatus est", et „Vae huiusmodi praesulibus — huiusmodi adinuentionibus incubuisse referentur". De tempore, quo epistola Adalvino data est, accuratius quam Philippus Jaffé (No. 2153) qui eam a. 858—867 scriptam esse voluit, iudicasse videntur Maurini (Anal. Jur. Pontif. X. 1869. col. 173. n. 1. ad ep. 159): „Suspicio non deest scriptam hanc epistolam rogatu Ludovici Germaniae, qui cum Alvini aliorumque episcoporum operam erga Lanfredum nihil proficere didicisset, ad summi pontificis confugerit auctoritatem, ac Nicolaum suam ea de re operam in responsionibus ad Salomonis legationem cap. 7. spondere his verbis: *De episcopo iuvene facimus, quod pie a nobis rex voluit postulare.* Quae coniectura si valet, scripta est haec ad Alvinum epistola anno 864. Hanc coniecturam valere facilius credet quisquis capitula 6 et 7 Ludovico Germanico directa cum fragmento praesenti contulerit."

3) Jaffé No. 2044 (circa a. 862).

LIX. Nicolaus Airardo, Turonensi archiepiscopo[1]). *De quodam presbytero neque conuicto neque confesso, irrationabiliter reiecto.*

Notum sit tuae fraternae caritati — consentientem par poena constringit. Mansi XV, 400.

LX. Responsiones Nicolai Papae ad consulta Bulgarorum ad fidem conuersorum[2]). *De non abiciendis a populo presbyteris coniugatis.*

Consulendum decernitis — illud est reseruandum. Mansi XV, 425.

LXI. Item idem. *Quod polluti sacerdotes non polluant diuina sacramenta.*

Sciscitantibus uobis — qui conuincitur criminosus. Mansi XV, 425.

LXII. Nicolaus Lothario regi[3]). *De eo, qui non patiebatur in episcopum eligi nisi fauentem sibi.*

Porro scias, quia relatum — fiat apostolatui.

LXIII. Idem Michaeli imperatori[4]). *Quod suspecti et inimici iudices esse non debeant.*

Quia suspecti et inimici — prohibere capitulo. Mansi XV, 192 D.

LXIIII. *Ne sine discussione admittantur accusatores nec omnibus praecipiatur accusationes facere contra dispensatores ecclesiae.*

Placuit sanctae synodo — renuit intrare collegium. Mansi XV, 192 E — 193 C.

LXV. *De his, qui a Nestorio dampnato episcopo excommunicati uel dignitate sua exuti fuerunt.*

Ait Celestinus papa — praebuerat ipse remouendum. Mansi XV, 194 B.

LXVI. *De eodem.*

Idem ad clerum Constantinopolitanum — ante prostrati. Mansi XV, 194 C.

---

1) Ivonis decr. VI, 429. Gratiani c. 10. C. II. qu. 1. Jaffé No. 2147 (a. 858—867).

2) R: „Responsiones — conuersorum" d. in cod. Admont. — Cap. LX et LXI sunt cap. 70 et 71 resp. Nicolai I. ad cons. Bulg. Jaffé No. 2123 (a. 866).

3) Ivonis decr. V, 357. Gratiani c. 4. D. LXIII. Ex eadem epistola deperdita ex qua supra cap. XL sq. Jaffé No. 2079 (a. 863).

4) Cap. LXIII ad LXXII usque ex ep. Michaeli a. 865 data, Jaffé No. 2111.

LXVII. *Quod excommunicati ad iudicandum recipiendi non sunt.*
Miramur, quomodo — de maioribus iudicare. Mansi XV, 194 E.

LXVIII. *Quod filii circa spiritualem patrem uel discipuli erga magistrum sic deuoti sic sobrii sint ut nec saltem tenuiter illorum uitam reprehendant.*
Nolite uos aestimare — reprehendendam prosiliant. Mansi XV, 195 C.

LXVIIII. *De eodem.*
Inferior quippe sedes — diffinitionibus subiugare. Mansi XV, 200 A.

LXX. *Quod imperium usurpare non debeat, quae sacerdotum domini sunt.*
Imperium uestrum — solum conueniunt. Mansi XV, 200E.

LXXI. *Quod accusator non est producendus de imperialibus aedibus.*
Contra ritum ecclesiasticum — et lupi custodes. Mansi XV, 201 A.

LXXII. *Quod in controuersiis, ubi maior auctoritas est, sit eundum.*
Submittitur Ignatius — praestolandum sit. Mansi XV, 201 B.

LXXIII. Idem episcopis apud Conuicinum [1]). *Quod imperatores sinodalibus conuentibus interesse non debeant, nisi in quibus de fide tractatur.*
Ubinam legistis, imperatores — ad omnes pertinet christianos. Mansi XV, 200 E.

LXXIIII. Nicolaus Radulfo, Bituricensi archiepiscopo [2]). *Ne clerici alicuius episcopi eo inuito ad iudicium primatum ire compellantur.*
Conquestus est apostolatui nostro — sua priuilegia seruentur ecclesiis. Mansii XV, 390 B.

In huius collectionis etiam tertia parte habentur nonnulla excerpta e decretalibus Nicolai I. Indicantes, ubinam in collectione tr. part. legantur et unde originem duxerint, praebemus et ipsorum conspectum

---

1) Cap. LXXIII ex epistola Michaeli a. 865 (Jaffé No. 2111) i. e. ex eadem ex qua capitula quae praecedunt, non vero ex ep. episcopis apud Convicinum villam data.

2) Jaffé No. 2091, 2a (a. 864).

e codicibus ms. Admontensi et Monacensi:

Tit. I. De baptismo cap. 18 (Cod. Adm. fol. 105. Monac. f. 90). Nicolaus papa ad consulta Bulgarorum [1]). *Item de eodem.* Ita diligere debet etc. Mansi XV, 402.

Item Salemoni Constantiensi episcopo [2]). *Quod uir duas commatres habere non possitin coniugio.*

Sciscitatur a nobis — una fuerat caro effectus.

Tit. VIII. De primatu Romanae ecclesiae cap. 6. (cod. A. f. 113v. M. f. 98). Nicolaus Michaeli imperatori [3]). *Quod apostolicae sedis pontifex a nemine sit iudicandus.*

Nicolaus, seruus seruorum dei, piissimo et dilectissimo filio Michaeli a deo dilecto semper augusto. Nunc autem diuina — non iustificabitur a quoquam. Mansi XV, 197 A.

Item in eadem. Sed et cum quidam — iudiciis inuenitur. Mansi XV, 198 A.

Item in eadem. In tantum autem — archiepiscopo Leoni. Mansi XV, 198 E—199 A.

Tit. XV. *De coniugiis.* cap. 4 (cod. A. fol. 124v. cod. M. f. 106).

Responsa Nicolai PP. ad consulta Bulgarorum libro I [4]). *Quomodo nuptialia foedera initiantur.*

Nostrates tam mares quam feminae — non interueniant, non dicimus. Mansi XV, 402 E—403 B.

cap. 15 (cod. A. f. 125. cod. M. f. 108).

Nicolaus Higmaro, Remensium archiepiscopo [5]). *Quod consensus matrimoniam faciat.*

Sufficiat secundum leges — matrimonium non facit coitus sed uoluntas. Mansi XV, 403 B.

cap. 53 (cod. A. f. 128. cod. M. f. 111).

Ex Decretis Nicolai PP. [6]) *De singulari certamine, quod Lotharius est molitus contra Tietbirgam, uxorem suam.*

---

1) Est c. 2. resp. ad cons. Bulg. Jaffé No. 2123.

2) Ivonis decr. I, 137. IX. 35. panorm. VII, 63. Gratiani c. 1. C. XXX. qu. 4 (Nykolaus scribit Constantiensi episcopo Salomoni). Jaffé No. 2156 a. 858—867). Est cap. I responsionum „Nicolai papae ad Salamonem uenerabilem Constanciensae sedis episcopum", quae primum integrae lucem videbunt in „Archiv f. kath. Kirchenrecht", Bd. XLVII. 1882. S. 186 f.

3) Jaffé No. 2111 (a. 865).

4) Cap. 3. resp. ad cons. Bulg. Jaffé No. 2123.

5) Ex cap. 3 resp. ad cons. Bulg.

6) Ex ep. Carolo Calvo a. 867 data, Jaffé No. 2174.

Monomachiam uero — solummodo temptare uideantur. Mansi XV, 319 E.

cap. 74 (cod. A. fol. 128 v. cod. M. f. 111 v.)

Responsa Nicolai PP. ad consulta Bulgarorum. Cap. LXXXVI[1]). *Quod uxor non est reicienda uel odio habenda nisi fornicationis causa.*

Quicquid mulier contra te — uel odio prorsus habenda. Mansi XV, 431 A.

Tit. XX. De homicidiis licitis et illicitis. cap. 9 (cod. A. fol. 135. cod. M. f. 118).

Nicolaus Tadoni, archiepiscopo Mediolano[2]). *De flagellatoribus et occisoribus presbyterorum.*

De presbyterorum flagellatoribus — reuocare noueris posse.

§. 5. E quibus epistolis Nicolai I. quo tempore datis capitula quaedam collectionis trium partium originem duxerint, quaeritur.

1. Quatuor capitula a XXIX. ad XXXII. usque excerpta sunt ex epistola Ludovico II. imperatori data. Unum tantum cap. XXX. (Denique Suffredus) e decreto Gratiani (c. 3. C. VI. qu. 3) Philippus Jaffé (No. 2109) regestis Nicolai I. ad a. 865 inseruit. Quo capitulo Nicolaus imperatorem „vehementer efflagitat, ut Suffredus episcopus proprio restituatur episcopio.“ Joannes Dominicus Mansi, animadvertens ad verba illa capitis XXI. apologiae Auxilii episcopi pro ordinationibus Formosi papae: „Soffrenium, Placentinum episcopum, merito reprobatum Nicolaus papa una nobiscum reconciliavit“ et paulo post: „Rothadum, episcopum S. Suessionensis ecclesiae, et Soffrenium, Placentinum episcopum, Nicolaus papa etc.“[3]): restitutionem Suffredi, episcopi Placentini, eâdem, qua Rothadi, synodo Romana a. 865 (a. d. XII. Kal. Febr.) celebrata factam esse comprobavit epistolamque Nicolai Ludovico circa idem tempus datam esse suo iure contendit (XV, 703 sq.). — Quin cap. XXIX. collectionis nostrae, quo

1) Est cap. 96 (non 86) resp. ad cons. Bulg.

2) Ivonis decr. X, 20. Gratiani c. 23. C. XVII. qu. 4. Jaffé No. 2167 (a. 858—867).

3) Mabillonii Vetera Analecta, Paris 1723. pag. 39.

Ludovicus imperator, ut si quid turpe a sacerdotibus admissum esse audierit silentio contegere velit, commonetur, ad Suffredi episcopi causam pertineat et ex eadem epistola sit desumptum, non est, cur dubitemus. Jam Maurini duo haec fragmenta, quae Gratianus duobus iisque diversis locis distracta affert, in ms. Josaph. deinceps posita invenerunt et recte utrumque ex eadem epistola ductum esse viderunt [1]).

2. Utrum vero cap. etiam XXXI. cum eo, quod sequitur, ex eadem an ex alia fluxerit, non satis perspicuum est; verisimilius tamen est, duo haec fragmenta, quorum alterum Gratianus (c. 3. D. XCVII.) praebuit, alterum Maurini e cod. Josaph. subiunxerunt [2]), ex alia Nicolai ad Ludovicum imperatorem epistola originem traxisse. Quum cap. XXXII. Arsenium Romae eo tempore affuisse narretur, quo Romam devenerit Astulfus, imperatoris legatus, quem non satis honorifice exceptum esse imperator conquestus est, papa excusat: Astulfum ante mensem junium anni 865, quo Arsenium iam in Germania fuisse annales Fuldenses testantur [3]), Romae legatione sua functum esse facile apparet. Causa autem legationis, quam Astulfus „absque signatis apicibus" et „nullam epistolam deferens" [4]) susceperat, eadem fuisse videtur, qua commotus Lotharius II. rex Liutfridum avunculum ad fratrem suum, Ludovicum imperatorem, in Italiam miserat. Carolus enim Calvus et Ludovicus, Germaniae rex, quum e pacto Tusiaco anno 865 a. d. XI. Kal. Mart. inito missaticum Lothario transmisissent hoc praecipientes, ut prius secundum apostolici et ipsorum hortamentum emendaret, quod contra leges divinas et humanas commisisset in ecclesia et tunc ordinato regno suo, si vellet, pro indulgentia petenda et obtinenda ad apostolorum limina propera-

---

1) Anal. Jur. Pontif. X. 1869. col. 168.

2) Analecta, col. 169.

3) Monum. Germ. Hist. Script. I, 379.

4) Maurini coniecerunt in „epistolarum S. Nicolai primi non exstantium notitia" (Anal. Jur. Pontif. X. 1869. col. 72): „865. Februario. Ludovicus imperator Nicolaum deprecatur. Ludovicum imperatorem Nicolao scripsisse, ut apud patruos suos Ludovicum Germanicum et Carolum Calvum ageret, ne in possessione imperii sui turbaretur, nos docet post Annales Bertinianos monitum in epist. 25. Verisimillimum est, hanc imperatoris petitionem ad mensem februarium desinentem esse revocandam." Maurini igitur, fragmenta nostra, quae ignorat Philippus Jaffé, quamvis novessint, tamen ad legationem istam non retulerunt.

ret, „Lotharius (ut ait Hincmarus [1]), putans, quod sibi regnum subripere et inter se vellent dividere, Liutfridum avunculum suum, ad fratrem et Italiae imperatorem transmittit, petens illum apud apostolicum obtinere, quatenus pro eo patruis suis epistolas mitteret, ut pacem servantes de regno suo nullum ei impedimentum facerent.“ Nuntio per Luitfridum allato Ludovicus imperator perterritus periculo, quod Carolus et Ludovicus Germaniae integritati regni Lotharii minari videbantur, Astulfum nulla mora interposita et tam propere ad Nicolaum misit, ut eum ne litteris quidem muniret. Astulfus redux factus apud imperatorem conquestus est, quod a Nicolao non satis honorifice exceptus esset. Quo comperto Nicolaus, ut imperatori omnem suspicionem eiiceret, epistolam illam misit, cuius fragmenta quaedam in collectionis tr. partium cap. XXX et XXXI exstant. Ante profectum Arsenium i. e. ante junium a. 861 non solum Astulfum legationem suam obiisse verum etiam epistolam Nicolai datam esse, declarant verba Nicolai: „modo vero nullus intersit praeter Arsenium,“ quem ad id tempus praesentem fuisse indicare videtur.

3. Gratianus (c. 10. C. XI. qu. 3.) ex capite II. synodi Romanae, quae fuit circa Kal. Nov. a. 863, nihil amplius quam quod in cap. XXXV. collectionis trium partium excerptum habetur, praebet, ut locum non ex ipsa sententia synodi, sed e collectione trium partium arripuisse putandus sit. Existimans autem ille, cap. XXXIX. ad eandem synodum pertinere, auxit canonem, quem diximus (c. 10. C. XI. qu. 3.), capitulo XXXIX. (Praedictis autem) collectionis tr. part., et utrumque in unum canonem conflavit. Quod ut faceret Gratianus duabus adductus esse causis videtur:

a. Capitula XXXV. ad XXXIX. usque ex eadem epistola i. e. e decreto depositionis archiepiscoporum Lotharingiae, quod in synodo Romana latum est, orta esse videntur, quia cap. XXXV. sic inscribitur: „Nicolaus archiepiscopis et episcopis per Galliam, Italiam, Germaniam atque per universas provincias constitutis,“ reliqua vero capitula omnia usque ad XXXIX. inscriptione propria carent et idcirco eadem origine, qua cap. XXXV., uti videntur.

b. In cap. XXXIX. (Praedictis autem depositis) agitur de iisdem archiepiscopis depositis, quibus cap. XXXV. nomen et dignitas archiepiscopalis abrogatur.

---

1) Annal. Bertin. a. 865. Monum. Germ. Hist. Script. I, 467.

Tamen quo minus cum Gratiano capitula illa in unum coniungamus ex eadem epistola oriunda arbitrati, argumentis satis multis et aliunde et ex ipso cap. XXXIX. petitis prohibemur.

a. Nicolaus I. omnes occidentis episcopos de depositione archiepiscoporum Theutgaudi Treverensis et Gunthārii Coloniensis certiorem fecit et usque ad nostros dies sententia depositionis ad diversos diversarum regionum episcopos missa habetur; nusquam tamen verbis illis „*Praedictis autem — nos cum sancta synodo decreuisse iam constat*“ aucta apparet neque vero lacuna explenda in ea inesse videtur. Integram et sanam esse epistolam, qualem accepimus, hoc maxime probari potest, quod in annalibus Berinianis, Hincmaro Remensi et Weniloni Rotomagensi inscripta [1]), cum annalibus Fuldensibus, ubi archiepiscopis per regnum Ludovici, regis Germaniae, constitutis datam legimus [2]), ab omni parte consentit. Rudolfus enim, scriptor annalium Fuldensium animo ab omn partium studio alieno, de depositione archiepiscoporum quum refert: „(Nicolaus), inquit, episcopos deposuit et communione privavit: iuste quidem et canonice, ut scriptis suis ipse testatur, iniuste vero, sicut illi rescriptis et assertionibus firmare conantur.“ Anctor autem incertus, qui Rudolfi annales continuavit, et ipse neutrius partis in favorem inclinatus, addit haec: „Propterea partis utriusque scriptorem seriem his annalibus inserendam esse iudicavi, discernendae rei veritatem lectoris arbitrio derelinquens.“ Atque quum in annalibus Fuldensibus aliquam epistolae particulam minus religiose suppressam vel omissam esse, vix credibile sit, quumque textus annalium Fuldensium cum ceteris conveniat: integram epistolam esse neque lacunae explendae locum dari, suo jure affirmatur.

b. Nequo vero, quod collectionis trium partium cap. XXXIX. (Praedictis autem) cum capitulis a XXXV. ad XXXVIII. usque eadem inscriptione uti videtur, tantum valet, ut coniunctionem capitulorum XXXIX. cum XXXV. a Gratiano (c. 10. C. XI. qu. 3.) factam comprobemus et intactam inviolatamque recipiamus.

α. Nam primum eodem modo cap. III. inscriptum est: *episcopis in concilio apud Convicinum;* deinceps quae sequuntur, capitula ad octavum usque propria quidem inscriptione carent; tamen solum

[1]) Monum. Germ. Hist. Script. I, 460—462.

[2]) Ib. I, 375—377.

cap. IV. ex eadem, qua cap. III., epistola originem duxit; reliqua vero capitula a V. ad VIII. usque, quamvis et ipsa inscriptione capituli III. uti videantur, non e Nicolai ad episcopos in concilium apud Convicinum coactos litteris a. 863 datis, sed e Nicolai ad Michaelem epistola (a. 865) excerpta sunt. — Cap. XIX. sic inscribitur: *Alvino Jovanensi;* in iis, quae sequuntur, capitulis ad XXIV. usque inscriptio desideratur omnino. Erraverunt tamen Maurini [1]), qui capitula illa vel decreta, in codice Josaph. eodem modo posita, Adalvino, archiepiscopo Salisburgensi, directa esse omnia existimaverunt, non aliter, quam per collectionem trium partium post Ivonem Carnotensem (decr. VIII, 333) deceptus est Gratianus (c. 6. C. XXXIII. qu. 2), qui c. *Inter hae vestra.* Albino archiepiscopo inscripsit. Collectionis tr. part. cap. XXII ad XXIV usque ex adulterina Nicolai ad Carolum, archiepiscopum Moguntinum, eiusque suffraganeos epistola excerpta sunt, quod in paragrapho superiore (§. 4) ostendimus. — Quae quum ita sint, c. *Praedictis autem* e cap. II synodi illius Romanae fluxerit, necesse non est, quamquam in collectione tr. part. propria inscriptione caret et eadem inscriptione, qua capitula, quae praecedunt, distinctum esse videtur.

β. Saepius inscriptiones collectionis trium partium non solum, de quo disputavimus, in errorem inducunt, verum etiam ipsae prorsus falsae sunt. Cap. quidem XIV *Michaeli imperatori* inscriptum est et legitur in Nicolai ad Photium epistola (cfr. §. 4). — Cap. LXXIII *episcopis apud Convicinum* directum esse perhibetur, quamvis in eptstola ad Michaelem imperatorem data scriptum inveniatur. — Partis III tit. XV. cap. 15. *Higmaro, Remensium archiepiscopo* inscriptum est, cum tamen sit cap. 3. responsorum ad consulta Bulgarorum. — Quo sane fit, ut omnibus collectionis tr. part. inscriptiontibus fides haberi non possit.

c. Imprimis tamen argumenta ex ipso capitulo *Praedictis autem* petita impediunt, quominus cum Gratiano capitulum illud partem capitis II synodi Romana a. 863 esse putemus. Proditur enim in capitulo laudato, archiepiscopos depositos „turbas concitasse et scandala sollicitasse.“ Quod illos iam ante synodum Romanam a. 863 fecisse nemo eiusdem aetatis rerum scriptor neque papa ipse, qui saepius de causa illa celeberrima scripsit,

---

[1]) Anal. Jur. Pontif. X. 1869. col. 171 s.

memoriae tradiderunt. Tum haec verba Nicolai in cap. illo: „quantum autem ad episcopale ministerium specialiter pertinet, nulla eis sit licentia contingendi, sicut nos cum sancta synodo decrevisse iam constat,“ synodum illam Romanam a. 863, quae archiepiscopis ministerium episcopale ademit, iam ante actam et tunc praeteritam aperte significant ideoque ipsa aliquo post synodum illam tempore interiecto scripta esse nemo non videt; videruntque hoc Maurini[1]), qui tamen, cui epistolae quo tempore scriptae fragmentum illud tribuendum esset, non perspexerunt.

Animum advertens ad Hincmari, archiepiscopi Remensis, annalium a. 864 hunc locum[2]): „Nicolaus papa denuo epistolas per omnes archiepiscopos et episcopos Galliarum, Germaniarum et Belgicae provinciae mittit pro confirmatione depositionis Theotgaudi Trevirorum et Guntharii Coloniensis archiepiscoporum“, recte collectionis tr. part. capitula XLII et XXXIX inter se coniungere mihi videor ita:

> Nicolaus omnibus archiepiscopis et episcopis per Galliam, Burgundiam atque Germaniam constitutis.
>
> Si unanimes fueritis, quis est, qui vobis resistat? Patres nostri etiam regibus restiterunt.
>
> Praedictis autem depositis licentiam concessimus ecclesiam ingrediendi et communicandi sicut laici et loquendi suas utilitates, non autem turbas concitandi vel scandalum sollicitandi illis tribuimus facultatem. Quantum autem ad episcopale ministerium specialiter pertinet, nulla eis sit licentia contingendi, sicut nos cum sancta synodo decrevisse iam constat —

utrumque capitulum, quamvis sit in collectione tr. part. alterum ab altero seiunctum, ex eadem epistola originem duxisse arbitratus, qua Nicolaus ao. 864 depositionem archiepiscoporum, mense octobri a. 863 factam, confirmavit. Nicolaus omnes episcopos Burgundiae, Galliae et Germaniae ad unanimitatem et in resistendo fortitudinem evocasse videtur anno 864 contra „turbas et scandala“, quibus archiepiscopi illi post depositionem suam, non solum imperatore verum etiam ceteris omnibus Nicolai adversariis ad affli-

---

1) Anal. Jur. Pontif. X. 1869. col. 98.

2) Monum. Germ. Hist. Script. I, 465.

gendam sedem Romanam incitatis, papam et populum Romanum oppugnando oppresserunt „adeo, ut homines eorum adyta sancti Petri violarent et in ecclesia ipsius sanguinem funderent,“ ut „conventus et conciliabula adversus pontificem patrarent[1]).“ Quapropter Nicolaus in confirmatione depositionis, archiepiscopis depositis se „licentiam ingrediendi ecclesiam et communicandi sicut laicis et loquendi suas utilitates“ concessisse, „non autem turbas concitandi vel scandalum sollicitandi illis facultatem“ tribuisse declarat. Deinde Guntharius ex Italia „in ipsa coena Domini Coloniam“ redux factus, „missas celebrare et sacrum chrisma conficere, ut homo sine Deo, praesumpsit[2]).“ Qua de causa Nicolaus, quam in ipsa depositione tulerat sententiam, in confirmatione repetit: „Quantum autem ad episcopale ministerium specialiter pertinet, nulla eis sit licentia contingendi.“

Quo vero tempore Nicolaus depositionem archiepiscoporum confirmaverit, recte observasse videntur Maurini in „Notitia epistolarum S. Nicolai primi non exstantium[3])“; sic enim illi: „Has litteras datas esse circa mensem septembrem nobis persuadet id, quod proxime subiungit idem auctor (scil. annalista Bertinianus): *Sed et aliis episcopis, qui ex regno Lotharii, etc. epistolas suas indulgentiam largiendo dedit.* Hae posteriores epistolae mense septembri datae sunt, ut patet ex epistola XLV, 17. septembris data.“

§. 6. De S. Nicolai I. epistolis in „Collectionem septem librorum“ receptis.

Collectionem septem librorum, quam Ballerinii fratres e cod. Vaticano 1346 primi paucis illustrarunt[4]), non solum, ex collectione illa trium partium (quam modo descripsimus) et ex collectione Anselmo dedicata sed imprimis ex collectione Anselmi Lucensis ortam esse, Augustinus Theiner probavit, rubricas exscripsit, utrum vero Gratianus eâ sit usus necne, in dubio reliquit[5]). Nos autem ipsi hanc collectionem vidimus in

---

1) Mansi XV, 338 B. Jaffé No. 2185.

2) Annal. Bertin. a. 864. Monum. Germ. Hist. Script. I, 465.

3) Analecta Jur. Pontif. X. 1869. col. 72.

4) Ballerinii, De antiquis tum editis tum ineditis collectionibus et collectoribus canonum ad Gratianum usque P. IV. c. 18. §. 5. in St. Leonis Magni Opp. tom. III. (Venet. 1757) pag. CCCXVII.

5) Aug. Theiner, Disquis. critic. V. c. 5. §. 3. pag. 345–355.

Cod. Vindob. 2186 (Jur. can. 80) mbr. in fol. min. saec. XII. fol. 17—316v.

Praecedit in codice Bonizonis chronicon Romanorum pontificum, id est epitome libri quarti de vita christiana[1]) fol. 1—12. fol. 12v—16v sunt vacua.

Scriptor collectionis nostrae haud ita multa Nicolai I. decreta assumpsit. In ea, quae in libro primo (Cod. Vindob. fol. 17 et 37v) adhibuit, non habemus, quod inquiramus. Libri II. ad V. usque nullas offerunt Nicolai epistolas. Sunt tamen quaedam libri sexti et septimi, de quibus paucis est disserendum.

Libri VI. cap. 20 (Cod. Vind. f. 241)[2]):

> Nycholaus papa Ad Karolum. Si qui matrimonium sani contraxerint — aut membris detruncantur. (Gratian. c. 25. C. XXXII. qu. 7.)

non est Nicolai caput sed Pauli Sent. lib. II. t. 20. c. 4 (ed. Haenel), quod „ex lege Romana" originem suum traxisse Regino sciebat et scire se non dissimulabat (II, 130). Sed iam Burchardus (IX, 28) Nicolao illud tribuit et ex Burchardi decreto per omnes fere canonum collectiones ad Gratianum usque Nicolai nomine circumferebatur[3]).

Lib. VI. cap. 62 (Cod. Vind. fol. 258):

> Nycholaus papa episcopis galliae. Auctoritatem uenerabilium — distractae seu direptae reuocentur.

locum scripturae sacrae „Dissolve colligationes impietatis cet." integriorem praebet, quam Gratianus (c. 2. C. XV. qu. 6), cui adhuc soli hoc decretum, ab illo forsitan ex collectione Gregorii presbyteri, quae Polycarpus (l. VI. t. 11) vocatur, assumptum, debuimus. Joh. Nicolaus de Hontheim anno 861 scriptam esse voluit[4]). Sed iam ex quo tempore Antonius Augustinus, num epistola ab eo,

---

[1]) Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde. Bd. 10. Hannover 1851. S. 488. Cfr. Thaner, Untersuchungen und Mittheilungen zur Quellenkunde des canonischen Rechtes, in Sitzungsberichten der philos.-hist. Classe d. kaiserl. Akad. der Wiss. Bd. 89. Wien 1878. S. 603: „Der Codex führt zwar auch im neuen Handschriftenkatalog der Wiener Hofbibliothek den Titel, den ihm einst Lambek gegeben hat, Decretale Bonizonis. Er enthält aber in Wirklichkeit jene Sammlung in sieben Büchern."

[2]) Cfr. Aug. Theiner, Disquis. critic. pag. 353.

[3]) Cfr. Decretum Magistri Gratiani ed. Friedberg. Lips. 1879. p. 1145. nota 228 ad qu. 7.

[4]) Historia Trevirensis diplomatica. Augustae Vindel. et Herbipoli 1750. I, 197.

ad quem referretur, scripta esset, dubitavit[1]), viri literati haud ita certam ei fidem habent[2]), ut „suspiciosam" appellaret Philippus Jaffé (No. 2027. p. 238). Petrus Coustant: „Id (decretum), inquit, in Nicolaum I. aegre refertur. I. Quia vix usquam citat Isidorianas decretales. II. Sacramenta illa per vim ab archiepiscopo Treverensi aliisque elicita, in huius aevi historiam minime conveniunt[3])." Alteri quidem argumento viri clarissimi assentimur; in priore, nostris quoque diebus, stare nequimus, quum iam non possimus non concedere, Nicolaum non solum Pseudo-Isidori decretales novisse[4]), verum etiam nonnumquam allegasse[5]). — Hoc autem saeculo, priusquam Petri Coustantii apparatum ad epistolas pontificum Romanorum edendas in bibliotheca nationali Parisiis asservatum partim vulgavissent Analecta Juris Pontificii a. 1869: Friedericus Kunstmann[6]), Ferdinando Walter[7]) et Paulo Hinschio[8]) assentientibus, decretum illud Gratianeum, in quo Pseudo-Alexander citatur, Nicolai II. esse docuit, cum Joh. Nicolaus de Hontheim rationes epistolae a. 861 assignandae nullas attulisset magisque videretur epistola respicere Eberhardum, episcopum Trevirensem, a Conrado, comite Lutzelbergensi, in captivitate detentum.

Lib. VII. cap. 22 (Cod. Vindob. fol. 271)[9]):

Nicholaus Raduldo argente rensi episcopo. Dum de uni-

---

1) Antonii Augustini, archiepiscopi Tarraconensis de emendatione Gratiani lib. II. dialog. 13. ed. Stephanus Baluzius, Parisiis 1760. p. 348.

2) Friedberg l. c. p. 755 nota 45 ad qu. 6.

3) Analecta Jur. Pontif. X. 1869. col. 395.

4) Cfr. Felix Rocquain, Lettres de Nicolas I., in „Journal de savants" 1880. p. 641 s.

5) C. H. Föste, Die Reception Pseudo-Isidors unter Nicolaus I. und Hadrian II. Ein Beitrag zur Geschichte der falschen Decretalen. Leipzig 1881. S. 5—29.

6) Kunstmann, Fragmente über Pseudo-Isidor, in „Neue Sion". 1845. No. 54. S. 249.

7) Ferd. Walter, Lehrbuch des Kirchenrechts. §. 95 Note 13 No. 5. Aufl. XIV. v. H. Gerlach, Bonn 1871. S. 207.

8) P. Hinschius, Decretales Pseudo-Isidorianae. Lips. 1863. Proleg. P. V. Cap. I. §. 32. pag. CCVI. N. 2.

9) Cfr. Theiner, Disquis. critic. p. 354. — Qualis ratio inter has litteras veniarum et Nicolai ad Carolum Moguntinum epistolam adulterinam intercedat, exponetur a nobis in commentatione illa, quam supra commemoravimus, Archiv f. kath. Kirchenrecht, Bd. XLVII. S. 214.

versis mundi partibus — mitisque omnibus demonstretur. Mansi XV. 458E.—459C. Jaffé No. 2159 (a. 858 bis 867.)

Cod. Vindob. fol. 308v—309: Ex decretis nycolai papae. Si quis fuerit fornicatus cum duabus sororibus — provida mente lapso poenitentiam iniungat. Mansi XV. 473E bis 474C. Jaffé No. 2166 (a. 858—867) —

est prior pars legum poenitentialium, a Joanne Dominico Mansi ex additionibus codicis Burchardi Biblioth. Cathed. Lucan. (Cod. Lucan. 124. mbr. saec. XII.)[1]) vulgatarum, de quarum fide Philippus Jaffé (No. 2166) non dubitasse videtur. Quamquam Aemilius Lud. Richter iam animadvertit, leges illas poenitentiales integriores extare in collectione Anselmi Lucensis libro XI. exeunte, inscriptas: „Synodus Chalcedonensis sub Marciano Principe habita PP. CXXX.," easdemque vir de fontibus juris ecclesiastici optime meritus e cod. S. Germani No. 939, a Gustavo Haenel acceptas, edidit[2]). Anselmum Lucensem decretum illud poenitentiale e „defloratiuncula de incestis vel diversis commixtionibus" (codicis cuiusdam Valicellani Fol. 92) hausisse, Arminius Wasserschleben luculenter ostendit idemque contra Aemilium Lud. Richter fieri non potuisse, probavit, quin auctor decreti illius libro poenitentiali graeco Joannis monachi usus esset, quum utraque collectio rerum argumento inter se magnopere discreparet et Joannis liber duodecimo demum saeculo compositus esset[3]).

Sed altera tantum pars legum poenitentialium a Joanne Dominico Mansi sub nomine Nicolai I. vulgatarum ex collectione, de qua disseruimus, originem traxit. Priorem vero partem, quae etiam in collectione septem librorum recepta invenitur et multo severioribus peccatorum poenis ab altera differt, aut ex Burchardi decreto (XVII. 8) aut ex Rabani ad Heribaldum, episcopum Alcedronensem, epistola c. 55 provenisse docuit Arminius Wasserschleben. Quae quin et ipsa sit spuria, ne minimum quidem

---

1) Mansi VII, 893. Archiv für kath. Kirchen-Recht. Bd. XIII. 1865. S. 6.

2) Aemil. Ludov. Richter, De emendatoribus Gratiani dissertatio historico-critica. Lips. 1835. p. 5—7.

3) Wasserschleben, Die Bussordnung der abendländischen Kirche nebst einer rechtsgeschichtlichen Einleitung. Halle 1851. S. 91 f.

dubitari potest. Nicolaus enim I. in decretalibus certis quidem et non adulterinis, praedecessorum suorum a Leone I. secutus praecepta, generatim constituit, ut publice poenitentes pro adulterio incestuoso i. e. pro adulterio cum propinquis et affinibus commisso, non amplius carnali copulae jungerentur, quos oporteret „in castitate omnibus diebus vitae suae permanere mentis et corporis [1].“ At contra Pseudo-Nicolaus generaliter concedit, ut publice poenitens incestuosus „conjugatus post quinque annorum poenitentiam non penitus privetur coniugio [2].“

---

1) Mansi XV, 461 A. Jaffé No. 2107, 2. — Iv. Decr. X, 185. Jaffé No. 2157.
2) Mansi XV, 474 B.